



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

Caput nonagesimum. Jesu labores & angustiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

*Isa. 50. 10. Quis ex vobis timens Domini  
num, audiens vocem servi sui?*

*Ila. 52. 13. Ecce intelliget servus meus,  
exaltabitur, & elevabitur, & sublimis erit  
valde.*

*Ila. 53. 11. In scientia sua justificabit ipse  
justus servus meus multos, & iniquitates co-  
rum ipse portabit.*

*Ezech. 34. 23, 24. Et suscitabo super eas  
pastorem unum qui pascat eas, servum meum  
David: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pa-  
storem. Ego autem Dominus ero eis in Deum,  
& servus meus David princeps in medio co-  
rum, & ego Dominus locutus sum. Et Ezech.*

*37. 24, 25.  
Zach. 3. 8. Ecce enim ego adducam servum  
meum Orientem.*

*ma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse  
se aqualem Deo, sed semetipsum exinanivit  
formam servi accipiens.*

## CAPUT XC.

Iesu labores &amp; angustiae.

*PSALM. 39. 3. Expectans expectavi Do-  
minum, & intendit mihi: & exaudiuit pre-  
ces meas, & eduxit me de lacu misericordie, &  
de luto facit.*

*Ila. 53. 8, 11. De angustia, & de judicio sub-  
latus est ..... Pro eo quod laboravit ani-  
ma ejus, videbit & saturabitur.*

*LUC. 19. 41. Et ut appropinquavit, vi-  
dens civitatem flevit super illam.*

*Joh. 4. 6. Jesus ergo fatigatus ex itinere,  
sedebat sic supra fontem.*

*Ebr. 5. 7. Qui in diebus carnis sue preces,  
supplicationesque ad eum qui possit illum salvum  
facere a morte, cum clamore valido & lacry-  
mis offerens, exauditus est pro sua reve-  
rentia.*

## CAPUT XCI.

Jesus mansuetus &amp; misericors.

*ISA. 42. 1, & seq. Ecce servus meus, susci-  
piam eum i; electus meus, complacuit sibi in  
illo anima mea; dedi spiritum meum super eum,  
iudicium gentibus preferet. Non clamabit, ne-  
que accipiet personam, nec audierit vox ejus  
foris: calamus quassatum non conteret, & li-  
num fumigans non extingnet, in veritate edu-  
cat iudicium: non erit tristis, neque turbu-  
lentus, donec ponat in terra iudicium.*

*Ila. 50. 5. Dominus Deus apernit mihi an-  
rem; ego autem non contradico, retrosum non  
abii.*

*Ila. 53. 7, & seq. Oblatus est quia ipse vo-  
luit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad  
occisionem ducetur, & quasi agnus coram ton-  
dente se obmutescet, & non aperiet os suum.  
..... Et dabit impios pro sepultura, & di-  
vititem pro morte sua, eo quod iniquitatem non  
fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus .....  
& ipse peccata multorum tulit, & pro trans-  
gressoribus rogavit.*

*Jerem. 11. 9. Et ego quasi agnus mansuetus,  
qui portatur ad victimam.*

*MATTH. 9. 13. Euntes autem discite  
quid est, Misericordiam volo & non sacri-  
ficium. Et Matth. 12. 7.*

*Matth. 9. 36. Videns autem turbas, mi-  
seritus est eis. Et Marc. 6. 34.*

*Matth. 11. 29, 30. Tollit jugum meum su-  
per vos, & discite a me quia misericordia  
humilis corde, & invenietis requiem anima-  
bus vestris: jugum enim meum suave est, &  
onus meum leve.*

*Matth. 12. 15, & seq. Jesus autem sciens  
recessit inde, & secuti sunt eum multi, & en-  
ravunt eos omnes: & praecepit eis ne manife-  
staretur eum facientes. Ut adimpleretur quod di-  
ctum est per Isaiam prophetam dicentem, Ec-  
ce puer mens quem elegi; dilectus meus, in quo  
bene complacuit anima mea. Ponam spiritum  
meum super eum, & iudicium gentibus non-  
trahit. Non contendet, neque audiet aliquis  
in plateis vocem ejus: arundinem quassatam  
non confringet, & linum fumigans non ex-  
tinguet, donec ejiciat ad victoriam iudicium:  
& in nomine ejus gentes peribunt.*

*Matth. 14. 14. Et exiens vidit turbam*